UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus, abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Qu[omod]o sancti & innocentes aduersus malefactores vindicta[m] exigu[n]t. Cap. 36

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Visual Library

uerti, nec nos penitus deletum iri, ſed eandẽ diuinam iram in miſericordiã tum
2. Mach. 8 conuerti. Idcirco ab oratione nõ eſt ceſſandũ, donec auertatur ira dei noſtri à no
1. Eſd. 10. bis ſuper peccato noſtro. ḡ.c.17.§.11.
XV § Nam etſi iuſtitia dei clamet ſuper Chriſtianos vindictam, nihilomi ḡ.ca.2.§.2.
nus tamẽ huic iuſtitiæ immiſcetur diuina miſericordia, quæ nos in ſupplicijs tẽ-
poralibus continue admonet ceſſare à malo & operari bonũ. Non enim ſicut in ḡ.c.30.§.8.
alijs nationibus, dominus patienter expectat, vt eas, cum iudicij dies aduenerit, in &J.ca. 40.
2. Mach. 6. plenitudine peccatorum puniat, ſic & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in fi- in prin.
nem deuolutis ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à no ḡ.c.30.§.3.
bis miſericordiam ſuam amouet. Corripiens vero in aduerſis populum ſuũ non
2. Mach. 7. derelinquet. Et infra: Nos propter noſipſos hæc patimur peccantes in deum no
ſtrum. Et ſi nobis propter correptionẽ deus modicum iratus eſt. Sed iterum re-
2. q. 5. quãto conciliabitur ſeruis ſuis: Et hoc quando à peccando deſiſtimus. Tunc em̃ deſinet
1. Theſſ. 1 om̃ipotentis ira quæ ſuper omne genus noſtrum iuſte ſuperinducta eſt. Siꝗdem
J. infi. con. humiliantibus ſe per pœnitentiam, venia nõ negatur. Ieſus nãq; eripiet pœni- ḡ.c.30.§.11.
tentes ab ira ventura.
11. q. 3. rurſus XVI § Perſiſtentibus autem in cõtumacia, ſeueritas eſt oſtendenda. Vn
cũ c. ſequẽ. de canon ſtatuit: Si excommunicati intra annum ſe purgare contẽpſerint, vlte
Theſſ. 2. rius non audiantur. Et quando deus permittit prohiberi peruerſis hominibus p̄-
Matt. 7. dicari vt ſalui fiant (quoniam porcis & canibus ſacra non ſunt committenda) vt
Diſt. 43. in ſcilicet impleant peccata ſua ſemper, tunc peruenit ira dei ſuper illos vſque in ḡ.c.32.§.18.
mãda. finem. Et habentur in prophetijs: Si populus noluerit conuerti, incipiet gladi- ḡ.c.31.§.4.
Oſee. 11. us in ciuitatibus eius & conſumet electos eius. Tunc non erit qui conſoletur,
Treno. 1 ipſam eccleſiam ab omnibus charis eius, ſed omnes amici eius ſpernent eam, & J.ca.57.§.9.
fient ei inimici, prout ſequitur

¶Quomodo ſancti & innocẽtes cõtra malefactores vindictã exigũt. Cap. XXXVI.

Prouer. 15. ET ſi pro eccleſia militante altiſſimũ ſedulo deprecenẽ ſancti & iuſti, quo- ḡ.c.29.§.9.
Eccle. 45. rum vota ſunt placabilia, & qui in ſuis verbis monſtra placãt, potiſſimũ &J.c.57.§9
beata virgo Maria aſſiduo apud deũ pro nobis intercedit, quẽadmodũ ḡ.c.2.§.2&
in Birgitta Chriſtus oſtẽdit dicẽs: Interceſſione matris meæ miſericor- J.eo.§.4
4. Bir. 58. & dia mea parcit om̃ibus & om̃es ſuffert, quãquã iuſtitia clamet vindictã. Et infra: ḡ.c.31.§.15.
li. 6. c. 26 Vere eccleſia mea nimis lõge à me receſſit, intãtũ, ꝙ niſi p̄ces matris meæ interue ḡ.ca.29.§.6
nirẽt, nõ eſſet ſpes miſericordiæ. Quæ ꝗdem mater Ieſu ait: Ego ante terribile iu
6. Bir. 34 diciũ illud futuꝝ filij mei p̄cedo cũ miſericordia mea. Tamẽ ꝗa à peccatis nõ de- ḡ.ca.35.§.9
ſiſtimus, ſed peccata peccatis accumulamus, ideo deprecatio ſanctoꝝ nõ ſolum J.c.41.§.4.
nõ exaudiet, ſed etiã iudex altiſſimus, tum pro ſua iuſtitia, tũ etiã ad beatę Mariæ
aliorũq; iuſtoꝝ ſentẽtiã, necnõ ad pauperꝝ & innocentũ clamorẽ, in nos diuinã
Pſal. 49. 57. ſuã exercebit vindictã. Quoniã ſancti cõgregati ordinãt teſtamẽtũ. i. volũtatem
Pſal. 139. dei: Lętabitur quoq; iuſtus quũ viderit vindictã. Manus ſuas lauabit in ſanguine ḡ.c.31.§.13.
peccatoris, qñ dñs facit iudiciũ inopis & vindictã pauperꝝ, & exultabũt ſancti in &J.c.46.§1
Pſal. 149 gloria, & gladij ancipites in manibus eoꝝ, ad faciẽdã vindictã in nationibus, in- J.ca.64.§.2.
crepatiões in populis, ad alligãdos reges eoꝝ in cõpedibus & nobiles eoꝝ in ma ḡ.c.25.§.10
nicis ferreis, vt faciãt in eis iudiciũ cõſcriptũ. Voca ergo ſi eſt q tibi peccatori cõ-
Iob. 5 tumaci reſpõdeat, ad aliquẽ ſanctoꝝ cõuertere. Quaſi Iob diceret, ſanctoꝝ eẽ ne
minẽ qui tibi in tua ærumna apud deũ ſuccurrat.
I § Inſuper iſtud diuinum animaduerte eloquium. Quæſiui de eis ſcilicet ḡ.c.17.§.11.
Ezech. 22 ſanctis virũ qui interponeret ſepem, id eſt, precem efficacem & (ad impediẽdum
iuſtitiæ meæ rigorem) ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, ḡ.c.35.§.10
& nõ inueni. Et effudi ſuper eos indignationem meam, & in igne iræ meæ con- &J.eod.§.5
ſumpſi eos, viam eoꝝ in caput eoꝝ reddidi ait dominus deus. Dixit quoq; Chri-
Iohan. 5. ſtus ad Iudæos, qui hodie repreſentant peruerſos Chriſtianos, nolite putare
Lucæ. 9. quia ego accuſaturus ſum vos apud patrem, eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo
vos ſperatis. Et alibi: O generatio infidelis peruerſa, vſquequo ero apud vos
& patiar vos? Super quo diſcipuli eius Iacobus & Iohannes dixerunt. Domi- J.c.56.§.1
ne vis

g̃.c.35.§.3 ne vis dicimus vt ignis deſcendat de cœlo & conſumat illos, ſcilicet malicioſos.
&ſ.eod.§.5 Iohannes deniqꝫ & Petrus exigunt iuſtitiam, vt infra habebitur. Ecce q̃ manife-
ſ.c.37.§.10 ſte ſancti aduerſus peccatores vindictam exquirunt.

II § In primis autem paſſio & crux Chriſti accuſat peccatores, vti concio-
natus eſt Hieronymus, inter alia inquiens: Crux Chriſti contra te peccatorem Hierony. in
perorabit, Chriſtus ſua vulnera aduerſus te allegabit, cicatrices contra te loquen ſermonibus.
tur, claui de te conquærentur. Dicturus nanqꝫ eſt Chriſtus cuilibet peccatori il-
lud Auguſtini: Ego te homo de limo terræ formaui, & in paradiſum meum col-
locaui, ſed tu me, iuſſa'qꝫ mea cõtemnis, deceptorem ſequi voluiſti. Vnde & iuſta Augu. de va
pœna damnatus, inferni ſupplicijs deputatus es, poſtea tui miſertus, carnẽ aſſum nit. mundi.
pſi, in terris degens, inter peccatores habitaui, contumelias & verbera pro te ſu-
ſ.ca.58.§.4 ſtinui, vt te eriperem: colaphos & ſputa ſuſcepi, vt te honorarem: acetũ cum felle
bibi, vt dulcedinẽ paradiſi deguſtares, Spinis coronatus, cruci affixus, lancea vul Cat.Se.c.135
neratus ſum, propter te mortuus, in ſepulchro poſitus, ad inferna deſcendi, vt te
ad paradiſum reducerẽ, Tartara adij vt in cœlis regnares. Agnoſce ergo impie-
tas humana, quanta pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te ſuſcepi, ecce clauorũ
foramina quibus affixus in cruce pependi. Suſcepi dolores tuos vt te ſanarẽ. Suſ-
cepi pœnam, vt tibi darem gloriam. Suſcepi mortem, vt tu vitã haberes immor
talem. O nos miſeri peccatores quid reſpondebimus Chriſto iudici accuſanti &
dicturo illud Chryſoſtomi: Ego propter vos homo factus ſum, propter vos alli Chryſoſt. ſu
g̃.ca.32.§.6 gatus, deluſus, cæſus, & crucifixus. Vbi eſt tantaꝝ iniuriaꝝ mihi illataꝝ fructus? per Matth.
&ſ.c.37.§.8 Ecce ſanguinis mei pretiũ, quem effudi in redemptionem animaꝝ veſtrarum.
ſ.ca.37.§.1. Vbi eſt ſeruitus quã mihi pro pretio ſanguinis mei debuiſtis? ego ſuper gloriam
g̃.c.33.§.10. meã vos amaui, & vos me viliorẽ omnibus rebus veſtris feciſtis? nam omnẽ rem
&ſ c.34.§.9 terræ viliſſimã, amplius q̃ me dilexiſtis. Quid potui vobis facere, & non feci? Ne
mo profecto valebit peccatores defendere contra huiuſcemodi furorẽ domini.
g̃.c.35.i pr. Plangent ergo omnes tribus ecclesię, quia nec virtus reſiſtendi furori dñi erit, nec
&ſ c.49 §20 fugiendi facultas à facie eius, nec pœnitẽtiæ locus, nec ſatisfactionis tempus. Et Apo.1.
g̃.c.31.§.14. anguſtia erit vndiqꝫ nobis. Quibus nihil præter luctũ remanebit.
&ſ c.54.§.5

g̃.ca.29.§.7 III § Rurſus quando vox cœleſtis exercitus ad deũ clamat: Percute. Tũc Ezech. 9
&ſ c.37.§.6 gladius diuinæ ſæueritatis vibrat. Deinde ſancti in cœlis de nobis peccatoribus
g̃.ca.31.§.13 ſe vindicare inueſtigant. Exemplo cuius Dauid inquit: Secundum multitudinẽ Pſal.5
&ſ c.38.§.4 impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Et infra: Inten Pſal.58
de ad viſitandas omnes gentes, nõ miſerearis omnibus qui operant iniquitatem,
ad nihilũ reduces omnes gẽtes, diſperge illos in virtute tua & depone eos, in ira
conſummationis, & nõ erunt. Et infra: Effuderunt ſanguinem ſeruoꝝ tuorum Pſal.78
tanquam aquam. Ideo effunde iram tuam ſuper eos.

g̃.eo, in pri. IIII § Specialiter (inquã) beata dei genitrix, quæ aliàs eſt ſingularis ac be-
nigniſſima veniæ impetratrix, exigit à deo in peccatores iuſtitiã, vt in pluribus
Birgittæ reuelationibus oſtenditur. Ait nanqꝫ ad Chriſtũ: Rogo chariſſime fili,
vt qualis iuſtitia tua ſit, manifeſtare digneris, vt pœna pro meritis debita mitior 6.Bir.45
fiat, & vt iuſtitia tua ſciatur & timeatur. Cui dñs Ieſus reſpondit: Iuſtitia mea eui
denter manifeſtabitur intantum, ꝙ qui eam experietur, ſentiet. Opera eius veni-
ent in publicũ & mẽbra contremiſcent. Iteꝝ Maria virgo: Fili mi miſerere eis,
horrendus eñ eſt caſus & præcipitiũ intolerabile, & tenebræ prope tuæ, & pœ-
na prolõgata. Et infra: O fili mi qui humanũ genus liberaſti, ſurge & defende te, 8.Bir.55.
quia multi hoĩes excluſerũt te à corde ſuo. Ingredere igitur regnũ ſapienter, ſicut 3.Reg.3.infi.
Salomon. Aufer de poſtibus ſummas portas fortiter ſicut Sampſon. Pone obſi- Iudi.16
dionem contra cleꝝ & decipulas ante pedes militum. Deterre mulieres cum ar-
mis & deijce pontes coram cõmunitate populoꝝ, nulluſqꝫ inimicoꝝ tuoꝝ eua-
dat anteq̃ cũ humilitate petant miſericordiã qui cõtra te indurãtur.

V § Apoſtoli deniqꝫ iuſtitiam in nos ferendã cenſent, dicentes: Sicut à prin 1.Bir.45.
g̃.eo.§.1.& cipio totus mundus aquis diluuij perijt, ſic nunc mundus eſt dignus igne perire, Gene.7.
ſ.c.37.§.7 quia nunc magis quàm tunc iniquitas abundat. Nam ſaluator inquit: Ignem veni Luc.12
mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? hoc autem non eſt intelligen- Pſal.96

dum de diluuio ignis quod fiet in nouiſſimo extremi iudicij tempore, ſed hæc, g̃.ca.34.§.5
Daniel.7 de qua iam fit mentio, ignis plaga erit localis, & eueniet forſitan partim per ful- g̃.eo.§.1.&
Iohel.2 gura, partim per incendia negligenter commiſſa vel malitioſe procurata, prout J.c.37.§.4.
ante quadriennium, videlicet: Anno domini.1515. perpetratione cuiuſdam vetu
læ Vrbana ædificia ferme om̃ia cuiuſdã in Norico oppidi Reichenhal vulgo nũ-
cupati, vnacum plurimisq; quam quarta parte indigenaꝝ igne lamẽtabiliter perierũt g̃.c.22.§.11.
Cuius miri incendij ſimile ab æuo apud nos non eſt auditum, quod tanta ędificia & J.c.56.§11
cum tot hominibus tam ſubito, quaſi momento, igne fuerint cõſumpta. Quo cer
tum habeã, id eſſe quoddam inceptum prohdolor ſeu præſagiũ futuræ atq; pro-
pinquæ calamitatis noſtræ.

VI § Cæterum ſancti dei non ſolum noſtrorum facinorum accuſatores & g̃.c.24.§.5.
Sap.5 diuinæ vindictę appetitores, ſed etiã erũt iudices nationum. Nam dicitur. San- g̃.c.25.ipr.
1.Cor.6. cti de hoc mundo iudicabunt. Cenſentur eñ eſſe duces dei ad vindictam male- J.ca.43.§.5.
1.Petri.2 factorum miſſi. Sunt præterea Chriſto, ſe contra nos vindicanti, teſtes in Hieru-
Actoꝝ.1 ſalem, & in om̃i Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. Exultabunt quoq; J.ca.53.§.12.
Apoc.18.19. cœli & ſancti apoſtoli & prophetæ, quando iudicabit deus iudicium eorum de
illa meretrice magna. De qua inferius dicetur: Laudabũt etiam dominum in ſuo
iudicio, qui vindicabit ſanguinẽ ſeruoꝝ ſuoꝝ.

VII § Præterea ſanguis, innocenter effuſus & ſudor violẽter expreſſus, in
Gene.4. reos ſanguinũ vindictam cõclamat. Hinc dominus ad Cayn: Vox ſanguis fratris J.c.50.§.7.
Iob.24. tui clamat ad me de terra quæ ideo maledictioni ſubiacet. Et in Iob, anima vulne
ratorum clamauit & dominus inultum abire non patitur. His nempe tempori-
bus homicidia plurimũ inualeſcũt & inulta apud iudices terræ abeũt. Vnde quũ
Apoc.6. apertũ eſſet ſigillũ quintum, hoc eſt in excurſu præſentis quinti ſtatus, Iohannes g̃.c.28.§.8.
præuidit ſubtus altare animas interfectorum clamãtium voce magna & dicen-
tium. Vſquequo domine ſanctus & verus non iudicas & nõ vindicas ſauguinem g̃.ca.33.§.8.
noſtrum de his qui habitant in terra; & dictum eſt illis vt requieſcerent tempus & J.c38.§.4
adhuc modicum donec compleantur conſerui eorum & fratres eoꝝ. Qui forte
ad finem ſexti ſtatus interficiendi ſunt ſicut & illi. Tunc eñ ſtabũt in magna cõ-
Sap.5. ſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt & qui abſtulerunt labores illoꝝ. Et di-
Pſal.78. cunt ad dominum. Innoteſcat in nationibus, coram oculis noſtris, vltio ſangui-
1.Mach.6. nis ſeruoꝝ tuoꝝ qui effuſus eſt, introeat in cõſpectu tuo gemitus compeditoꝝ.
Iuſti inſuper dicunt ad cœleſtem regem. Quouſq; non facis vindictam & vindi- J.c.57.§.12.
Pſal.9 cas fratres noſtros. Tunc deus requirens ſanguinem, eoꝝ recordatus eſt, non eſt g̃.c.28.§.7.
oblitus clamorem pauperum. & J.c.40.§3

Eccle.34 VIII § Per rapinam quippe & multiplicem excoriationẽ hodie pauperes
offenduntur miſere: Quoniã panis egentium vita pauperis eſt. Qui defraudat il
Lucæ.18 lum, homo ſanguis eſt. Qui aufert in ſudore panẽ, quaſi qui occidit proximum
ſuum. Enimuero in euangelio, vidua petijt iudicem ciuitatis vt vindicaret eam
de ſuo aduerſario: Iudex intra ſe dixit, vindicabo viduam, ne in nouiſſimo veni-
ens ſugillet me, ſi iudex iniquitatis hoc facit, ergo multomagis deus faciet vindi-
ctam electoꝝ ſuoꝝ clamãtiũ ad ſe die ac nocte, & vlterius nõ habebit patientiam g̃.c.35.§.11.
Eccle.5. in illis. Deus quidem vindicans vindicabit.

IX § Item operarij & pauperes clamant ad dominum & vindictam petũt g̃.c.19.§.18.
Deute.15.& contra eos qui auertunt faciem ſuam à pauperibus, & qui denegant mercedem &
c.24. nõ reddũt precem laboꝝ ſuorum. Vnde Iacobus apoſtolus inquit: Ecce merces g̃.c.24.§.4
Iacob.5. operarioꝝ, qui meſſuerũt regiones veſtras, q̃ fraudata eſt à vobis clamat, & cla-
mor eoꝝ in aures domini ſabaoth introiuit.

X § Demum animæ illorum, quorum fuerũt bona eccleſiaſtica, in quibus J.c.38.§.ifi.
hodie clerici ſuperbiunt, petũt vindictam in cõſpectu dei, vti Birgitta & Catha.
6.Bir.70.& Seneñ, reuelauit dicendo. Vos clericos ſubſtantia accuſat tãquàm fures & latro-
Ca.Se.c.132 nes infidosq; debitores, qui obligati eratis pauperibus, & eccleſiæ vobis cõmiſſe g̃.c.23.§.11.
1.Timo.3. exoluere debitum, quod luxurioſe viuendo expendiſtis. Nempe in ſuperbia ela- J.ca.38.§.1.
Gene.18.19. tus in iudicium incidit diaboli. Vniuerſus itaq; clamor multiplicatus eſt nimis & in prin.
increuit coram domino, idcirco deſcendet dominus & videbit clamorẽ, qui ad
ſe venit

ſe venit, opere completum, delebitq; locum noſtrũ, vlciſcetur deniq; ſe de om̃i-
bus inimicis ſuis, & de oppreſſoribus ſuorum ſeruorum. Qui ait mea eſt vltio & Deute. 32
ego retribuam eis in tempore, ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur, & vindi
ctam retribuet in eorum hoſtes. Quibus verbum veritatis cõminatur, dicẽs: Ve Matt. 23.
niet ſuper vos om̃is ſanguis iuſtus qui effuſus eſt, faciet enim dñs iudiciũ inopis Pſal. 139. 14
& vindictam pauperum & iniuriam patientiũ. Scitote igitur eſſe iudiciũ ſcilicet Iob. 19. in fi.
ſtrictũ, de quo nũc ſequitur.

¶ De ſtricto iudicio & iuſtitia dei abſq; miſericordia. Cap. XXXVII.

s̄.ca.35. §.8 DEus iudicium pauperibus tribuit, non autem ſaluat impios, quos pro Iob. 36.
om̃ibus ſuis impietatibus adducet in iudiciũ. Cũcta em̃ quæ fiunt, ad- Eccle. 12
ducet deus in iudicium pro om̃i errato. Imò qui dũtaxat loquitur ini- Sap. 1
qua, nõ præteriet eum corripiẽs iudicium. Quod altiſſimus nõ ſupplã- Iob. 8. in pr.
tat, nec ſubuertit quod iuſtũ eſt, nec quẽquam cõdemnabit fruſtra. Quorũdã au- & c. 34
tem hominum peccata hodie manifeſta ſunt præcedẽtia ad iudiciũ, quoniam mi 1. Timo. 5
ſericordia non eſt in terra, ideo iudicium domino cum habitatoribus terræ. Nõ Oſee. 4.
s̄.c.35. §. 11. timemus deum nec ei ſeruimus neq; eius vocẽ audimus, ſed exaſperamus os do- 1. Regũ. 12
& ī.eo. §. 7. mini & ſermones eius, idcirco manus domini erit ſuper nos. Præſenti nãq; popu Pſal. 77.
s̄.c.34. i pr. lo Chriſtiano eſt cor exaſperãs, vt Chriſtianitas nuncupetur generatio praua & Ezech. 2. &
s̄.c.30. i pr. exaſperãs. Inde eccleſia peruerſa cẽſetur modo eẽ domus exaſperãs, de qua Eze c. 3. & 12.
& ī.c 40. § 1 chiel loquutus eſt, & quam ſignificat Iob dicẽs: Dominus venit tecum in iudiciũ Iob. 22
s̄.c.32. §. 16 propter malitiam tuam plurimam & infinitas inquitates tuas. Iudiciũ igitur do- Mich. 6.
s̄.c. 35. §. 5. mini cum populo ſuo Chriſtiano. Nume. 11.
& ī.ca. 38. in I § Nunc videbimus, vtrum ſermo dei opere compleatur. Cum em̃ beato
prin. rum protectione (vt dictum eſt) caremus & continue in luto flagitiorum iacemus,
s̄.c.36. §. 10 neq; in melius reformamur, ſuperuenit in nos iuſtitia dei abſq; miſericordia. Nã
s̄ c.36. p to. qui deum exaſperat, primum corrigitur per flagella, quæ ſi non afferũt emenda-
s̄.c. 35. §. 2. tionem, tũc ſuccedit iudiciũ aſperum. Nam populo criminibus maculato & im-
& ī.c.46 §. 1 pœnitenti iratus eſt dominus vſq; in æternum, dicẽs: Si pater ego ſum, vbi eſt ho Malach. 1
ī.c.49. & ī. nor meus? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Ita Chriſtus apud Birgittã 8. Bir. 49
eo. §. 4. oſtẽdit peccatori miſericordiam & iudicium, his verbis. Et ſi peccator correptus
s̄ c.15. §. 16. nõ audierit, flagellabo eum à capite vſq; ad calcaneum, intantum quòd om̃es, qui
& ī.eo. §. 2. audierint, mirabũtur & cõtremiſcẽt de dei iuſtitia & æquitate. Nos autem iniq; Treno. 3.
& §. 11. egimus, & ad iracũdiã deũ prouocauimus, idcirco factus eſt inexorabilis. Et hęc Sap. 12.
s̄.c.26. §. 2. vaticinatio & cõtritio facta eſt nobis formido & laqueus. Hinc ſapiẽs ad domi-
s̄.c.15. §. 33. nũ: Quis ſtabit cõtra iudiciũ tuũ, aut quis in cõſpectu tuo, ſcilicet ſine timore ſta-
& ī.eo. §. 9. bit, quũ veneris vindex iniquorum hominum? aut quos tibi imputabit ſi perierint
ī.ca. 43. §. 11 natiões quas tu feciſti? nõ eſt em̃ alius deus quàm tu, cui cura eſt de om̃ibus, vt oſtẽ
ī.c.43. §. 11. das, quoniam nõ iniuſte iudicas iudiciũ.
II § Conſiderãdum eſt ſecũdum Auguſtinũ, deũ fore iudicẽ nõ ſolũ in ge- 20. de ci. dei
s̄.eo. §. 1. & nerali iudicio extremo, ſed etiã in multis particularibus iudicijs, qui angelis pec- 1. & c. 6
s̄.c.32. §. 10 cãtibus nõ pepercit, ac ab initio humani generis incepit iudicare, primos parẽtes 2. Petr. 2.
& ī.c.43. § 3 à paradiſo expellendo, ſæpius poſtea ſuo diuino & particulari iudicio vſus in ho
& ī.c.62. §. mines, qui aliquãdo aperte, aliquãdo occulte pro ſuis factis pœnas hactenus ſol-
18. uerunt, ſiue in hac vita ſiue poſt mortem, venit em̃ hora & nũc eſt quãdo mortui
s̄.c.4. i prin id eſt, peccatores audient vocem filij dei. Per hoc quod dicit, nũc eſt, denotatur Iohan. 5.
& ī. c.61. §. 3 quotidianũ dei iudiciũ: dies em̃ vltionis domini iam eſt & annus retributiõis iu- Eſaiæ. 34
s̄.c.28. §. 9 dicij Sion, id eſt, eccleſiæ. Simul itaq; ad iudiciũ propinquamus. Eſaiæ. 41
& s̄.c.35. §. III § Inſuper apoſtolus inquit: Si deus naturalibus ramis non pepercit, ne ī.eo. §. 8
13. & ī.c.35. § forte nec tibi parcat. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, quàm incõprehen- Roma. 11
14. ſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius, quis enim cognouit ſenſum do-
mini, aut quis conſiliarius eius fuit. Item Eſaias: Neſcierunt videntem, ſcilicet Eſaiæ. 28
s̄.c.25. §. 12. deum, ignorauerunt iudicium, deus autem eſt iudicij dominus. Qui vero non fe- 1. Eſd. 7.
cerit legem dei, de eo erit iudicium mortis, vel exilij, vel carceris, vel in ſubſtan- Hiere. 2
s̄.c.15. §. 24 tiam eius. At quid vultis mecum in iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me,
dicit dominus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN